



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 16. Germanis Calvinistarum militibus Rex stipendia solvere coactus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

**Sæcul. XVI.** nica, & Gratianopolitana sex Præfides  
**A. C. 1570.** feu Confiliarios, tres scilicet ex qualibet Curia, & in Burdegalensi Senatu ex quavis Curia quatuor tanquam suspectos rejicere valeant, quin hujus repulsæ causas allegare necesse sit. Ceterum specialem mentionem de Colimio Maris Præfecto in hisce articulis fuisse factam non apparet.

## §. XVI.

*Germanis Calvinistarum militibus Regis stipendia solvere coactus.*

*Recueil l. c.  
 p. 22.  
 Mem. du Calvinisme par Soulier l. 3.  
 p. 127.*

In hisce pacis articulis præ omnibus magis insolitum videtur, quod Calvinistæ, qui ampla pecuniarum largitione Equites, ac pedites e Germania evocarunt, nunc autem illis æs militare solvendo impares erant, audacter Regem adegerint, ut eis stipendia numeraret, quam in rem Michael Castelnaldus Mauviferius die nona Septembris Lyfæ in Bria accepit demandatæ facultatis literas, quibus munitus nomine Regis pollicitus est, quod vigesies centies mille librarum summam, quæ in Germanorum peditum, ac equitum stipendia expendenda erat, Principibus, ac Proceribus numerare velit, comprehensis tamen illis trecentis librarum millibus, quæ fervente pacis consilio perfoluta jam fuerant: insuper idem Castelnaldus  
 Regis



Regis nomine sese obstringebat, quod Sæcul. XVI.  
A. C. 1570.  
residua decies septies centena librarum  
millia in Cenomanensi urbe numerare,  
ac tradere velit, ea lege, ut quadrin-  
genta viginti quinque librarum millia  
quotannis usque ad postremum solutio-  
nis spatium penderentur: proin Fran-  
ciæ Reges, inquit quidam Scriptor, ut  
pacem ab hisce piis, ac fidelibus, si  
superis placet, subditis redimere pos-  
sent, sumptus durante bello factos, &  
insuper aliena debita ab his apud exte-  
ros contracta solvere compellebantur:  
eapropter Calvinistæ, etsi suis victoriis  
in hoc postremo bello totum, qua late  
patet, regnum emensi fuissent, nun-  
quam tamen pacem suæ factioni magis  
proficiam, ac conditionibus magis am-  
plis uberem sperare potuissent, hinc fa-  
rioris iudicii homines probe prospexe-  
rant, quod pax ipsis tantopere utilis  
haud diu subsistere valeat.

§. XVII.

*Pax Rupellæ promulgata.*

Hoc edictum in omnibus regni Curias  
promulgatum ipsemet Rex se exe-  
cutioni mandaturum jurejurando testa-  
batur, ipsamque Reginam, Andega-  
vensem Ducem, suosque Senatus, ac  
Curia Magistratus ad idem sacramen-  
tum integra fide præstandum adegit:  
præ-